

4421.

1349 April 21.

Söderköping.

Godsven Byteroff säljer till kaniken i Lund herr Nils i Malmö jord i Siovalde (Sjövalla) by i Å socken i Linköpings stift.

Orig. på perg. i Upsala Univ. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus Godzsuenus Bytæroff salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat omnibus euidenter, tam posteris quam modernis, me honorabili viro domino Nicholao de Malmöghe, canonico Lundensi, vnum attungum cum dimidio et sextam partem attungi in villa Siowaldæ, parochie Aa, Lincopensis dyocesis, cum omnibus et singulis eorundem bonorum attinenciis vniuersis, videlicet agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, domibus, infra sepes et extra, siccis et humidis, prope et remote positis, nullis penitus exceptis, quocumque censeantur nomine, pro centum sexaginta marcis denariorum vsualium empcionis titulo dimisisse, transferens ipsum et eius heredes in corporalem possessionem predictorum bonorum bona eadem libere absque mei et heredum meorum quorumcumque impetitione, aggrauacione vel molestacione quibuslibet possidendi, habendi, commutandi et pro suis vsibus, quomodocumque voluerint, ordinandi. In cuius rei euidentiam firmiorem sigilla nobilium et discretorum virorum, dominorum videlicet Laurencii Karlsson militis, Petri, prepositi hospitalis Suthercopie, et magistri Sunonis, scolastici ibidem, necnon armigerorum Sunonis Haquonson, Johannis Pætersen, Gudhmundi Clæmæzson et Karoli Ruth, huius facti forskiluman, necnon et firmariorum, dictorum fastæ, scilicet Sighmundi de Kumblaby, Ingonis Syllason, Achonis Spiut, Tidechini Fredagxson, Johannis Kasteell, Hennechini Swarta et Ødholphi Vnga, consulum et ciuium Suthercopensium, vna cum sigillo ville predictæ presentibus sunt appensa. Datum Suthercopie anno Domini millesimo ccc^oxl^onono tercia feria post dominicam, qua cantatur quasimodogeniti.

På baksidan med senare hand: om godz i Siovalla sokn, som en kanek aff Lund fik aff Gozsuen Bytrop.

Sigillen: n. 1, 6, bomärke; n. 2, 8—12, 14, borta; n. 3, 4, andliga; n. 5 Suno Haquoussons (2 nedåt vända sparrar i en sköld); n. 7 adligt: s' KAR, n. 13 adligt, båda otydliga. Flera hafva ej varit påsatta.

4422.

1349 April 25.

Helsingborg.

Konung Magnus tager klostret Tommarp och dess abbot i sitt skydd, fritager dess egendom på landet från ledungsskyldighet och andra utskylder och tjenster hörande till konungens rätt och tillägger såsom särskild ynnest att klostrets landbor till detsamma skulle svara för 40-marks böter och annan konungs rätt med undantag af »drift», danaarf och strandvrak.

Vidim. afskr. på perg. i K. Danska Geh. Ark.¹⁾

Tryckt efter B. E. Hildebrands afskr. i hans Saml. till Sv. Diplom.

Magnus, Dei gracia rex Swecie Norwegie et Scanie, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod

¹⁾ Ur en af dekanen Petrus Nicolai m. fl. år 1430 d. 15 Sept. i Tummathorp utgifven vidimation